V g
6269

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-38603-p0001-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-38603-p0002-8

QK. 194. (26)
QK. 194.
III, 73
Vg 6269

Q. B. V.

# DIVI LUTHERI Votum DEUS vos impleat odio Papæ

SUB PRÆSIDIO

**JO. FRID. MAYERI,**

S. Th. D. & Prof. Ord. Conſiliarii Regii, atque Ducalis in Sacris Primarii, ad D. Jacobi Paſtoris & Scholarchæ

ex ejusdem Lectionibus privatis reſpondendo tuebitur

**DAVID SCHULTETUS, Hamburg.**

*Die reformationis Natali qui eſt 31. Octobr. horis pom. a 2. ad 4.*

Anno 1699.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)

*NOBILISSIMO JUVENI*

# DN. DAVIDI SCHULTETO

S.P.D. PRÆSES.

CAthedram Tecum conſcenſurus, *Præſtantiſſime Schultete*, ambiguum hærere me fateor, utri potiſſimum gratulari me fas æquumque ſit, num *Tibi*, qui ad omnia præclara inſtitutus, factus, natus, induſtria probisque moribus bonorum amorem jam pridem Tibi conciliaſti, viciſti expectationem, & nunc, quod felix fauſtumque ſit, iteratum eruditionis Tuæ ſpecimen, die ſolenni Reformationis anniverſario, iisq; ipſis horis quibus Theſes anti Tetzelianas tuebatur Lutherus, publi-

ce

BIBLIOTHECA PONICKAVIANA

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-38603-p0004-9

ce editurus es: Num vero plurimum *Venerando Ampliſſimoque Parenti Tuo*, inſignium Theologo meritorum, Collegæ meo conjunctiſſimo, & πρὸς τὰ ἔσχατα dilectiſſimo, ad quod exemplar pulcherrimum te componis, cujusq; virtutes ac doctrinam incredibili jam incipis exſcribere ſimilitudine, qui Te filium ſuum tam egregios facientem progreſſus, tam feliciter laudibus ſuis gloriæq; ſuccreſcentem & fructus minitantem uberrimos, non poterit non in ſinu quod dicitur gaudere ac lætari. Quod ſi apud utrosque veſtrum gratulatione utendum eſſe mihi intelligo, non minus lætus ego ſum gratulator, qui mihi ipſi denique *de Te Auditore meo aſſiduo* gratulandum putem, nactus inſignem teſtem privatæ induſtriæ noſtræ, nec ſine voluptate videns, ea, quæ in ſcholis noſtris anti Papæis à me tradita fuere, ſtudio tuo tam ple-

ne excepta, tam curioſe recenſita domi, tam apte denique digeſta, & nunc prolata in publicum, nec minus feliciter ac cum applauſu, quod futurum non dubito, à te tuenda, quam diligenter ea in chartas à te non conjecta ſed ſummo ſtudio relata fuerunt. Quod ſupereſt, adjungo preces, & votum Lutheri, quod præſenti diſſertatione illuſtratum vindicatumq; iviſti, ita inflecto, totoque pectore profectum ad te refero: *Impleat in Te Deus quæ benigniſſime incepit, impleat Te Deus omni gratia ac benedictione ſua! Acerrimumque Pontificis hoſtem, magnum eundemque invictiſſimum Lutheri aſſertorem in Te nobis reddat!* Scribebam Hamburgi Dominica XXI. Trinit. Anni Chriſtiani 1699.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-38603-p0006-0

# JESU FORTUNANTE!

B. Lutheri celebre votum eſt, *Impleat vos Deus odio Papæ*, quod meditantibus nobis, tria potiſſimum expendenda veniunt, occaſio, neceſſitas & moralitas.

## Occaſio voti.

COnvenerant *Smalcaldiam* Anno ſuperioris ſeculi trigeſimo ſeptimo Status Proteſtantes duplici de cauſa, quarum prima fuit ut inirent conſilia, utrum & *Mathiæ Heldio* Vice Cancellario Imperatoris & qui ipſi dabatur Socius Nuncio Apoſtolico *Petro Vorſtio* Epiſcopo Aquenſi in Germaniam miſſo a Paulo III. Pontifice, ejusque autoritate Concilium Mantuæ celebrandum indicenti, aures præbere & obſequium vellent, nec ne. Provocaverant equidem ipſi decidendis fidei controverſiis ad Concilium, ſed quod & loci & ſuffragiorum ac ſententiarum ratione liberum eſſet, & quo

Pontifex cum curia ſua non judicis partibus fungeretur ſed velut rea pars ſe ſiſteret & in quo deniq; more Apoſtolico & ad inſtar Conciliorum primitivæ Eccleſiæ Spiritũ Sanctum in ſacris literis loquentem judicem unice paterentur. Itaque fruſtratos ſe ſpe ſua turpiterq; deceptos continuo intellexerunt cum Pontifex tanquam judex propria autoritate Concilium indiceret. Deinde is erat aſſignatus locus, qui nihil tuti Proteſtantibus polliceri videbatur, & in quo velut in muſcipula tenerentur conſtricti atq; irretiti. Hinc abire in partes, Electore quidem glorioſiſſimæ memoriæ *Johanne Friderico* animoſiſſime ſe Pontificis inſolentiæ opponente, & nunciũ admittere prorſ9 recuſante: Luthero autẽ cæterisq; Witebergenſibus Theologis comparitionem in Concilio offerrendã ſuadentib9 interpoſita ſolum proteſtatione defectibusq; Concilii indicatis. Huic priori cauſæ *conventus Smalcaldici accedebat altera* ut cum per ſeptennium quod a tempore exhibitæ Confeſſionis Auguſtanæ effluxerat, plurimi Potentat9 & Civitates illam eſſent amplexæ, hanc fidei conſanguinitatẽ ac concordiam publica ſubſcriptione teſtatam facerent, & præterea os obturarent adverſariis & quos ipſi inter ſe habebant mollioris ingenii hominib9, quaſi ſeria Pacis Eccleſiaſticæ cura non ducerentur, aut quicquam prætermitterent ad eam ſalva veritate reſtaurandã, & non poti9 frequentiora agitarent conſilia *utrum aliquid & quid demum concedere Pontificiis quid firmiter tenere ac tueri oporteret.* Igitur denuo Auguſtanam Confeſſionem

examI-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-38603-p0008-1

examini ſubjici permiſerunt, non quod de ejus dubitarent veritate, ſed ut conſtaret omnibus quam libenter ipſi paterentur doctrinã ſuam ad verbi Divini præſcriptũ etiam atq; etiam expendi ac ponderari, ac denique ut & ipſi ita repetito examine haberent collecta ex Confeſſione capita, quæ in futuro Concilio una cum aliis quæ e re eſſent ſanctiſſimi & nil niſi Dei oraculis aurẽ præbentis cœtus exhibere poſſent. Hinc nati Articuli Schmalcaldici quos jubente Electore *Joh. Friderico* Lutherus compoſuit, omiſſis illis quos *Georg. Spalatinus* collegerat, addito autem *Phil. Melanchtonis* de Poteſtate & Primatu Papæ tractatu. Accipite ea de re *Philippi Melanchtonis* ad Juſtum Jonam literas, quas *Joannis Sauberti* ſtudio poſſidemus Tom. V. Epiſtolar. Melanchth. Norimb. edit. Ao. 1646. p. 4. *Duæ cauſæ fuerunt propter quas huc adducti ſumus. Altera ut de doctrina inſtitueretur non futilis ſed ſeria collatio, ut concors doctrina in omnibus Eccleſiis traderetur. Altera ut deliberaretur, qui Articuli ad extremum retinendi qui concedendi eſſent ſi qua pacis ſpes oſtenderetur. Laudo equidem Principis noſtri conſilium, ſed neutra res rite ſuſcipi aut agi potuit. Primum illi qui ſunt vehementiores nullam prorſus volunt mentionem fieri de ullis rebus concedendis. Ajunt offecturã nobis apud noſtros & alios inconſtantiæ opinionem. Futurum etiam ut Cæſar tanquam fugientibus acrius inſtet. Deinde quo minus accurate de doctrina conferatur eo fit ne diſſenſiones inflammatæ fœderis diſtinctionem pariant. Ne tamen nihil ageremus &*

*eſſemus prorſus* κωφὰ πρόσωπα *in hoc conventu, juſſi ſumus aliquid componere contra poteſtatem* Ῥωμαίου Ἀρχιερέως. *Id ſcripſi paulo quàm ſoleo aſperius. D. Doctoris Martini valetudo etiam impedivit noſtras de doctrina diſputationes. Nolui committere quosdam vehementiores* ἄνευ τοῦ βραβευτοῦ.

Dum autē hæc agerentur, in graviſſimum morbum Lutherus incidit & lethiferis fere calculi doloribꝰ acerbisſime infeſtatur. Equidem neſcio quid in mentem venerit *Ludovico Maimburgio* Ex Jeſuitæ, ut acutisſimam iſtam ægritudinem non dubitaverit *levem duntaxat intemperiem corporis* dicere lib 3. Hiſtor. Lutheraniſmi ſect. 16. Certè ob nullam aliam rationem hoc feciſſe mihi videtur, quam ut tanto magis exaggeraret contemptum quo Nuncium Apoſtolicum cum Philippo Haſſiæ Landgravio colloqui cupientem hic admittere recuſavit, qui eodem tempore, ſpectante nuncio ægrotantem Lutherum inviſere dignatus eſt. Sed Maimburgio opponas licet *Laurentium Suriū* Carthuſianū qui gravi morbo decubuiſſe Lutherū non diffitetur, hæc enim ejus ſunt verba in commentario rerum in orbe geſtarum ad Annum 1537. p. 304. *Dic quodam voluit is legatus* (Pontificis) *cum Lantgravio colloqui. Ille reſpondit ſibi non eſſe integrum, & eodem fere momento adiit Lutherum ex calculo graviter decumbentem. Poterat ide domo ſua facile videre legatus, ſed debuit æquo ferre animo apoſtatam monachum Pontifici maximo cujus ipſe legatus erat longe anteferri.* Imo lethalem propemodum

morbum cumq; maximo vitæ periculo conjunctum fuiſſe quo tunc Lutherus laborabat, clariſſime conſtat ex libello integro Jac. Andreæ Graulii qui inſcribitur Kurtzer Bericht wie der ſeel. Mann Gottes D. Martinꝰ Lutherꝰ in ſeiner Kranckheit zu Schmalkalden Anno 1537. ſich habe erzeiget und verhalten. Leipzig 1617. 8. Inter alia huc facit quod p. 36 refert nuncium Apoſtolicum non dubitaſſe Lutherum jam eſſe defunctum, adeo ut miniſtri ejus jam ad videndum funus accurrerent: Als aber Lutherus ſich des andern Tages auf die Reiſe macht nach Gotha/ meynte der Päbſtl. Geſandte er wäre gewißlich geſtorben/ kommen derwegen ſeine Diener/ und wollen ihn ſehen/ aber Tipontius ſpricht zu ihnen / ihr ſollet Luherum in Ewigkeit nicht zu ſehen bekom̃en/ und weiſet ſie alſo abe. Quamvis hoc gaudium nuncio non fuit diuturnum, nam ut in eodẽ libro p. 42. perhibetur. Endlich ſchreibet D. Martinus Lutherus ſelber an Philippum Melanchtonem von ſeiner erlangten Geſundheit und ſchickt mit Tipontium, welcher frühe nach Schmalkalden kömpt und für des Cardinals Herberge fürüber läufft/ ruffend mit lauter Stimme vivit Lutherus, vivit Lutherus, GOtt Lob und Danck Lutherus lebet/ iſt friſch und geſund. Ipſe etiam *Lutherus* ad Conjugem Catharinam Tom. VI. Altenb. f. 1074. Summa Ich bin todt geweſt und habe dich mit den Kindlein GOtt befohlen/ und meine guten Herren/ als würde ich euch nimmermehr ſehen/ hat mich euer ſehr erbarmet/ aber ich hatte

mich

mich den Grabe beſchieden. Cæterum Lutherus in tantis doloribus vitæque periculo Shmalcaldiæ conſtitutus nihil magis deſideravit quam Witebergam ſuam repetere ibi moriturus, ibi ſepeliendus. Cui ejus deſiderio deniq; non modo annuit Elector indulgentiſſimus, ſed & de omnibus neceſſariis Luthero, de cujus ſalute impenſe ſollicitus erat, largiſſime proſpexit: Der Chur-Fürſt zu Sachſen aber (iterum Graulii verba ex l. c. p. 36. refero) ſorgete fleiſſig für Lutherum, und ließ einen gantzen Wagen mit Kohlfeuer und andern Inſtrumenten nachführen/ auf daß wann es vonnöthen ſie Lutherum auf den Wege erwärmen könten. Rhedæ itaq; impoſitus Gothamq; & hinc Wittebergam tendens amicis ſuis atq; in negotio religionis commilitonibus hac veluti benedictione Valedixit, hoc voto iter ſuum auſpicatus eſt, *Impleat vos Deus Odio Papæ!* Quæ verba teſtamentum Lutheri vocare non dubitat Joh. Matheſius de vita Lutheri p. 115. b. ſq. Auf dieſen Tag überfällt unſern Doctor als den nun das Alter begünte zu drucken / mit einer ſchweren Kranckheit/ und wird von Stein ſehr hart geplaget/ daß er auch biß in eilfften Tag verſtopfft ward/ drüber er ſelbſt und viel andere gute Leute ſich ſeiner gar verwegen. Als aber die Kranckheit überhand nam / begehrte er man ſoll ihn aus Schmalkalden führen/ darauf befiehlt er ſich in der Kirchen-Gebet/ und thut ſein kurtze und Chriſtliche Bekänniß / er bleibe beym HErrn Chriſto und ſeinem Wort/ und wiſſe keine andere Gerechtigkeit in ſeinem Hertzen/

tzen/deñ daß theure Blut JEſu Chriſti/das ihn und alle die es glauben von allen Sünden reinige aus lauter Gnaden / wie ſolches ſeine Bücher neben der Augſpurgiſchen Confeſsion frey bekennen. Er macht auch allda auf den Wagen ſeinen letztē Willen und Teſtament/und beſcheidet und teſtiret ſeinen Freunden den Predigern Odium in Papam, das iſt daß ſie mit des Pabſts Lehre nicht allein unverworren/ſondern auch derſelben Abgötterey öffentliche Feinde/ beſtändig biß an ihr Ende ſeyn und bleiben wollen.

## II. Neceſsitas hujus voti.

Poſtquam ita originem & hiſtoriam hujus voti à Luthero profecti enarravimus, conſequens eſt ut nunc etiam quam neceſſarium illud eo tempore fuerit, breviter oſtendamus. Valde autem neceſſarium fuit (a) ob *Philippum Melanchthonem* magnæ autoritatis & doctrinæ virum, ſed de cujus inconſtanti ac leniore ingenio jam ex Comitiis Auguſtanis Luthero poterat conſtare. Dabimus in hanc rem noſtris ex manuſcripto quod poſſidemus literas Hieronymi Baumgartneri ex iisdem Comitiis A. 1530. 14. Sept. perſcriptas ad Lazarum Spenglerum Archigrammateum Norimbergenſem, & fluctuantis ingenii Melanchthoniani teſtes luculentiſſimas;

Dem

## Dem Ehrbahren/ Weiſen Lazarus Spenglern/ Rathſchreibern zu Nürnberg

## Meinen freundlichen willigen Dienſt zuvor/

LIeber Herr Rahtſchreiber/ ich kan nicht unterlaſſen/ Euch guter vertrauter Meinung anzuzeigen/ wofür ich die Handlung dieſes Reichs-Tages/ ſo viel den Glauben betrifft/ anſehe/ GOtt gebe daß ich hierinn nicht ein warhaffter Prophet erfunden werde. Und erſtlich iſt Euch mit aller vorhergegangenen Handlungen unverborgen/ was anhaltens und ſtetiges Frettens unſern theils jetzo durch dieſen/ den durch einen andern Teuffel/ die ſich doch in guter Geſtalt/ ja zu Zeiten in Engel des Lichtes verkleiden und verwandeln/ bißhero beſchehen iſt. Wiewol nun der Widertheil ſeinen Willen gar nie erlanget/ auch unſeres theils fürgeſchlagene Mittel nie öffentlich angenommen/ ſo finden wir doch ſo viel/ daß noch zur Zeit die Meinung iſt/ ſolche Mittel für bewilliget in den Abſchied zu bringen/ und ob gleich daſſelbe nicht geſchicht/ ſo haben ſie doch nie keine Handlung vergebens gethan/ ſondern allezeit nur etwas abgedrungen/ daß wir bewilliget haben nachzugeben. Solches Nachgeben behalten ſie alles auff den Stich/ und werden ſich des einmahls/ ſo es uns am übelſten gelegen iſt/ gebrauchen. GOtt hat uns aber zu ſon-

ſondern Gnaden verordnet / daß die Confeſſion uns ein- mahl übergeben iſt / ſonſt würden unſere Theologi längſt ein anderes bekant haben / wie ſie denn / wo ihnen gefolget würde / gerne thäten / wiewol ſie einander ungleich ſeyn. Philippus iſt kindiſcher als ein Kind worden / Brentius iſt nicht allein ungeſchickt / ſondern auch grob und rauch / Heller weiß ſich für Angſt nicht zu laſſen / und habē dieſe drey den frommen Marggrafen gantz irre und klein- müthig gemacht / bereden ihn was ſie wollen / wiewol ich mercke / daß er gerne recht thäte / der fromme Vogler muß in ſeinem Abweſen viel von ihm reden laſſen / aber / wo er noch hier wäre / hätte man bißher ſo viel gutes und fried- liches nicht außgerichtet. Der Churfürſt hat in dieſem Handel niemand verſtändiges denn den einigen D. Brö- cken / den hat man aber dahin gebracht / daß Er nun auch mit Sorgen handelt / dieweil er von niemand keinen Bei- ſtand hat / denn die andern Sächſiſchen Theologi dürffen wider den Philippum nicht öffentlich reden / denn er den Kopff dermaſſen geſtreckt / daß er redlich gegen den Lü- neburgiſchen Cantzler geſagt: Wer ſagen darff daß die nechſtübergebene Mittel nicht Chriſtlich / der liegt es als ein Böſewicht: Darauff ihme geantwortet wor- den: Widerſpiel ſeye &c. Und daneben höret man nicht auff / die ſo ſich hierin Chriſtlich und tapffer er- zeigen / in viele Wege zu verunglimpffen / wil denn denen Heßiſchen die ſich hierinne gantz wohl / und ehrbahrlich ge-

haltē/öffentlich für uns beſchickt/beſorge es werde mit uns auch dermaſſen gehalten. In Summa/wo uns nicht balde ein rauher ungnädiger Abſchied von Käyſerlicher Majeſtät gefält / ſo wird man nicht von uns laſſen / biß man uns in die Reuſen bringt / daß wir uns Gottes Hulde begeben/und des Käyſers nicht erlangen. Denn das Weſen hat bißher ſtetig gewehrt/ ſo offt die Fürſten einander voll sauffen/ ſo kommt einer zu den Churfürſten geritten/ſagt ihm/wie er die Sache getreulich und gut meine ꝛc. Er habe dieſes oder jenes vom Käyſer verſtanden/und ſo man alleine in dieſem oder jenen Stücken entwiche/ möchte der Sachen noch zu helffen ſeyn. Alſobald iſt Philippus dar/ſtellt Articul, gloſſirt die / das wird dann etwa mit der Zeit durch Heller und Brentzen auch in den Marggrafen getragen/ſo man uns denn dazu erfodert/ und wir uns alsdann den ungekochten Brey nicht laſſen wohl ſchmecken/ ſo iſt es lauter Unwillen/und lauffen die Theologi herum/ſagen/wir mögen nicht Fried erleiden/ gleich als wäre gewißlich durch unſer Nachgeben Friede zu erhalten / wolte nur mit den Landgrafen drein hauen/ den ſie denn warlich hierein verunglimpffen. Was nun im Ende Guts unter uns ſelbſt daraus könne werden / habt ihr als ein Erfahrner wohl abzumercken. Derohalben ich nochmals nichts nützers kan bedencken/ denn bald abgeſchieden. Geht es nun den rauhen Weg hin-

hinaus wie der Kayſer vor hat / ſo iſt zu beſorgen das Evangelium werde uns / wie wir wohl verdienet / mit Gewalt genommen: Und wiewol das hoch beſchwerlich iſt / ſo iſt es doch gegen GOtt leichter zu verantworten / denn daß wir frey / willkührlich in die Wege bewilligen ſolten / dadurch es uns mit Liſten würde geſtohlen. Hierinn iſt wohl von nöthen GOtt emſich anzuruffen / daß er der Sachen ſelbſt helffe / denn ſie warlich über Menſchen Vernunfft kommen iſt. Periit lex â Prophetis, & ſapientia à ſapientibus. Der einige Schnepff hat noch einen Schnabel / Chriſtlich und beſtändiglich zu ſingen / darum er doch von den andern offt ſcurriliter verſpottet wird. Auſſerhalb ſeiner wolten wir aller Theologen halber ſchon eins mit dem Widertheil ſeyn. Solches alles hab euch vertraulicher Weiſe / als einen der die Sache nicht minder denn ich / gerne gut ſehe / nicht mögen unangezeiget laſſen / ꝛc.

Ex Comitiis Auguſtanis
An. 1530. de d. 14. Septemb.

*Idem ad eundem.*

**Meinen freundlichen willigen Dienſt zuvor lieber Herr Rahtſchreiber /**

ICh habe euch bey nächſter Poſt geſchrieben / wie

ſich etliche Theologi unſers theils in der Sache unſers Heil. Glaubens halten / verhoffe es ſey euch zukommen. Nun wil ſolch der Theologen Umlauffen und unchriſtlich practiſiren kein Ende haben / ſondern haben ſeit des nächſten unſers Schreibens abermahl andere Mittel bey ihnen berathſchlaget / und doch bißher weder uns noch die Heßiſche und andere darzu nie erfodert / und ſeyn alſo von ihnen mehr verdächtig gemacht denn oben von den Widertheil. Man wirfft uns auch unverhohlen zum dickeren mahl für / wir ziehen uns allezeit auf unſere Theologen und Gelehrten / und find ſich doch daß unſere Theologi gantz ſchiedlich ſeyn. Aber wir wollen denſelben nicht folgen / zeigen alsdenn des *Philippi* Handſchrifften / ſo er ihnen unbefragt meiniglich heimlich zuſchicket / und Fürſchläge thut / die nicht allein unchriſtlich / ſondern auch zuvor den Churfürstē ſelbſt zu erheben gantz unmöglich / ſagten: Ey wenn wir nur hinweg wären; Gleichſam / wolten ſie dennoch darnach thun was ſie wollē. Es iſt aber um die armen betrübten Gewiſſen zu thun / die nicht allein hie mit würden geärgert / ſondern auch den Tyrannen erſt Urſach geben / wider die ſo das reine Wort begehrten zu erhalten / viel ſchärffer denn hievor je geſchehen / zu wüten. Ich kan der Beſchwerden / ſo aus dieſen Plätzlein-Bächen erfolgen / nicht genugſam bedencken / geſchweige denn mit Worten auszuſprechen. Darum bitt ich um GOttes und ſeines Wortes Willen / ihr wollet das Eure

auch dazuthun/und *D. Martin Luthero* ſchreiben/daß er doch/als der durch dem GOtt ſein Wort erſtlich der Welt wiederum eröffnet/ dem *Philippo* mit Gewalt einrennen/und doch die frommen Fürſten/ſonderlich aber ſeinen eigenen Herrn vor ihm warnen/ und zur Beſtändigkeit vermahnen. Denn auf dieſen Reichs-Tag kein Menſche biß auf heutigen Tag dem Evangelio mehr Schaden gethan denn *Philippus.* Er iſt auch in eine ſoche Vermeſſenheit gerathen/daß er nicht alleine niemand will hören anders davon reden/rathen/ſondern auch mit ungeſchickten Fluchen und Schelten heraus fähret/damit er jederman erſchrecke und mit ſeiner *Æſtimation* uñ *Auctoritæt* dämpffe. Ich ſchreibe nicht gerne von ihm dieweil er bißher von männiglich alſo groß geachtet geweſen / dabey ich es auch bleiben laſſen / und gleichwohl offt wider mein Gewiſſen ihn habe viel zugeben. Itzo aber iſt die Probe kommen / daß mir ob GOtt wil / weder Luther noch Philippus alſo lieb ſeyn ſoll/ daß ich ihnen wider GOttes Wort wolle zufallen/ꝛc.

Datum Augſpurg in Eil am Donnerſtage den 15. Septembr. anno 1530.

Quid quod proximo anno 1536. in ſuſpicionem apoſtaſias aut certe inſignis in Pontificem propenſionis Melanchton venerat, uti Caſpar Ulenbergius, Apoſtata & ipſe & profeſſus Melanchthonis hoſtis, adeoque fide parum

dignus, ſed ex ipſis Melanchtonis literis memoriæ prodidit in ejus vita pag. 125. *Innotuerat jam, tucunque mentis arcanum tegeret, quod invitus & cum faſtidio VVitenbergæ viveret, inter eos qui parum benigno erant in ipſum affectu, a quibus in ſuſpicionem vocatus erat, quaſi defectionem moliretur ab Evangelio, & Pontificem pridem exploſum reducere cogitaret. Hi igitur partim per literas partim ſermonibus diſſeminatis rumorem excitarunt diſſentire Melanchtonem a Luthero, & plerisque cæteris VVitebergenſibus in religione, nec aliam ob cauſam iter hoc,* (Tubingam,) *ſuſcepiſſe quam ut honeſte diſcederet ſeq; divelleret tandē ab eorū conſortio, à quibus animo disſideret. Quæſiturū nunc locum, quo ſe ipſum ſuosq; transferat, ubi liberius poſſit opiniones ſuas expromere: Quam rem diu animo volutavit, ſolutusque vinculo quo principi erat obſtrictus, negotium religionis non ex aliorum arbitrio ſed ex genio ſuo tractaret.*

Præterea ipſum Electorem & Lutherum non latebat quos colores Melanchthon quæſiverat ad primatum Pontificis tuendum ac defendendum, quemadmodum patet ex literis Divi Electoris ad Lutherum perſcriptis die 7. Januar. Anno 1537. So wir aus guter Meinung und ům Friedens willen wie Mag. Philippus vorgiebt den Pabſt einen Herren bleiben laſſen / der über uns und unſere Biſchöffe Pfarrer und Prediger zu gebiethen/ſetzen wir uns ſelber in die Gefahr und Beſchwerung/weil er doch nicht ruhen würde und ſeine Nachkommen / uns und unſer allerſeits Nachkommen gäntzlich zu vertilgen und auszurotten/ welches wir doch / weil uns GOTT davon befreyet und erlöſet/

gar

gar nicht bedürffen / ſolte auch wol mit unſerer Klugheit (da wir einmahl von ſeiner Babyloniſchen Gefängniß durch GOTT frey ſeyn werden / und uns wieder in ſolche Gefährlichkeit begeben als GOTT verſuchten) von GOTT über uns verhenget werden / das ſonſten ohn allen Zweiffel wol bleiben wird. Quam mentem ſuam poſtmodum ſatis perſpicue teſtatus eſt Philippus ſubſcriptione qua Articulos Smalcaldicos probare ſe teſtatus eſt. *Ego Philippus Melonchton ſupra poſitos articulos approbo ut pios & Chriſtianos, De Pontifice autem ſtatuo, ſi Evangelium admitteret, poſſe ei propter pacem & communem tranquillitatem Chriſtianorum qui jam ſub ipſo ſunt & in poſterum ſub ipſo erunt, ſuperioritatem in Epiſcopos quam alioqui habet jure humano, etiam a nobis permitti.* In quam ſententiam Johannes quoque Æpinus Superintendens Hamburgenſis ſubſcripſerat: *De ſuperioritate Pontificis Dn. Philippi ſententiæ in fine additæ aſſentitur cum omnibus Hamburgenſibus Concionatoribus.* Sed illuſtris Seckendorfius qui exemplar authenticum in Archivo Gothico inſpexit, teſtatur lib. 3. Commentar. de hiſtor. Lutheraniſmi p. 153. Æpinum & nomen ſuum & additionem iſtam obduxiſſe litura & concellaſſe, ac denuo nomen ſuum nudum ſubſcripſiſſe. Quod porro ad illam Melanchthonis conditionem attinet, *ſi Papa Evangelium admitteret*, recte & noſtro calculo, eidem Lucas Oſiander Centuria XVI. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ p. 285. hunc addidit obeliſcum: *Si Evangelium) id eſt, ſi Diabolus fieret Apoſtolus. Si enim Papa Evangelium admitteret, jam non eſſet Papa, nec ſe extolleret ſupra alios Epiſcopos, ſed audiret Chriſtum dicentem: vos autem non ſic Luc. 22.* Hanc vero ſubſcriptionem Melanchthonis aut tum viderat Lutherus & tunc minus mirabimur votum ejusmodi voviſſe, intelligentem quod Philippus jam in ſtatu confeſſionis conſtitutus favorem in Pontificem ſcripto etiam prodere imo profiteri non du-

dubitaverit. Aut ſi non viderat, certe mentem Philippi ex tot admonitionibus perſpectam habebat, & quid ſentiret hariolari poterat. Neque latebat illum gemina prorſus conſilia agitaſſe Melanchthonem in Comitiis Auguſtanis, quæ in ipſum quoque Pontificorum vulgus emanaſſe teſtis eſt Abrahamus Bzovius Tom. XX. Annalium ad Annum 1537. num. 3. pag. 35. *Offenderat eadem conceſſione Melanchton Lutheranos omnes ante ſeptennium in Comitiis Auguſtanis, tum poſt in deliberatione de concilio quod per Pontificem indicta erat. Verum illum tametſi paucos admodum vel nullos potius habuit adſtipulantes imo licet magna ſui cum invidia ſecretum mentis proderet, non diſſimulavit tamen, quid de neceſſitate hierarchici Ordinis in Eccleſia ſentiret, nec ſe paſſus eſt ab hac ſententia dimoveri, quemadmodum ſubſcriptio* (Articulorum Smalcaldicorum) *teſtatur.* Sic ſatis conſtabat Luthero Philippum animo mirifice anxio Smalcaldiam acceſſiſſe, ut Melanchthon quidem ipſe ad amicum ſuum Joach. Camerarium perſcripſiſſe legitur p. 744. Epiſtolarum edit. Londinenſ. Nec obſcurum erat quam ſollicitus eſſet de facienda propiore ad Pontificios acceſſione, quemadmodum in eadem ad Camerarium Epiſtola querelis ſuis vel maxime aſſerit hunc ſcopum & illud Argumentum Schmalcaldienſis conventus, *an non aliquid Pontificiis concedi permittique poſſit.* Augebat ſuſpicionem Lutheri, quod Elector *Johannes Fridericus* ipſi teſtatus fuerat ſe vehementer metuere & magnam metuendi cauſam ſibi eſſe, ne extincto illo actum quoque de Zelo in Religione atque ipſa adeo religione eſſet: Ich beſorge mich lieber Herr Doctor, wenn euch GOTT hinweg nehme / er würde ſein liebes Wort auch hinweg nehmen / ut refert Graulius l. c. pag. 5.

Denique Lutherus probe ſciebat, quanto terrori pleriſq; congregatorum Theologorum eſſet nomen Imperatoris, ut

imprimis neceſſarium eſſet metum intempeſtivum illorum Sancto adverſus errores & inſolentiam Papæ odio ſupprimi, tunc maxime cum in hoc conveniſſent, ut conſultarent, utrum aliquid inſtante Imperatore Pontifici, & quid tandem concedendum eſſet.

# III. Voti Moralitas.

Supereſt ut occurramus calumniis Adverſariorum, quibus uti omnia Lutheri dicta, ſcripta, geſta, ita hoc quoque votum nimis vehemens atque impium videtur, quique audacter contendunt Lutherum hoc ipſo perſpicue & in os contradixiſſe Chriſto Salvatori noſtro, qui inimicos quoque non odio habendos ſed vero amandos eſſe docet Matth. V. 44.

Enimvero Lutherum facile abſolvemus, ſi oſtenderimus, quod per expedite à nobis fiet, odium quale Lutherus in Papam optat & commendat, non eſſe adverſum Charitati Chriſtianæ, neque adeo prohibitum à Chriſto, ſed ejus præceptis & exemplis piorum apprime congruere. Quomodo enim inimicos noſtros odiſſe prohibemur? Ita nempe, ne illis noceamus, ne eos vel bonis vel vita exuere, ne perniciem eorum accelerare ſtudeamus. Quemadmodum amare inimicos eſt illis benefacere, eſurientibus cibum, ſitientibus potum præbere, ſalutem ipſorum promovere, & hoc ex animo ſerioque deſiderio ut ipſis bene ſit. Jam Lutherus non ita vel ipſe odio perſecutus eſt vel aliis odio proſequi Papam ſuaſit, aut eos hoc facere optavit, ut illum igne ferroque perſequerentur, ut percuſſores in ipſum emitterent, ut omni genere malorum ac miſeriarum eum perdere ſtuderent, quod ſi feciſſet, equidem imitatus eſſet Papam ejusque aſſeclas jam dudum hoc genere

 nere

nere truculentiſſimo odii in eos quos pro hæreticis habent ad infamiam usque celeberrimos, ſed violaſſet manifeſte præceptum Chriſti de amandis etiam inimicis. Nihil vero tale fecit Lutherus, cujus in odium in Papam quid quæſo aliud eſt quam ſeria averſio ab ejus tyrannide, falſis dogmatis, abuſibus, ut nullo modo ſibi quicquam cum illo negotii eſſe vellet, neque vel hilum probaret aut complectendum crederet ex abominandis ejus ſuperſtionibus. Hoc odio ferebatur in Papam non tanquam hominem aliquem quem male affligi & cruciari vel de vita tolli optaret, quem ſcopum odii ſui propoſuiſſet, ſed tanquam Papam hoc eſt Antichriſtum & inimicum Dei, efferentem ſe in Eccleſia ſuper Magiſtratus ſuper Deum ipſum & quaſcunque res divinas, cujus tyrannidem compeſci, Eccleſiam ab illa liberari, exitioſa dogmata convelli ac repudiari, mendacia fraudes ſuperſtitiones non excuſari vel conciliari ſed damnari rejici in æternum proſcribi unice deſiderabat, ratus qui tali odio Papam non proſequatur ab eo Chriſtum amari non poſſe, qui diſerte diſcipulos ſuos docuit fieri poſſe neutiquam, ut tam diverſis & adverſis Dominis ſervire liceat. Matth. VI. 24. *Nemo poteſt duobus ſervire Dominis, aut enim hunc ODERIT, illum amabit, aut hunc tuebitur, illum contemnet.* NON POTESTIS CHRISTO SERVIRE ET PAPÆ. Neque vero omne genus odii a Chriſto improbari vel inde conſtat, quod ipſe negat eum nomine ſuo dignum eſſe qui ipſius cauſa etiam Parentes & cognatos ſi a Chriſto avertere velint non oderit, vel qui ſibi ipſi non malit fieri inimicus quam Salvatorem ſuum abnegare. *Si quis ad me venit, nec ſuum Patrem & matrem & uxorem & liberos & fratres & ſorores atque adeo ſuam ipſius animam ODIT, non poteſt meus eſſe diſcipulus.* Luc. XIV. 46. Quid igitur reprehenditur Lutherus quod Papam odiſſe ſvaſerit Patrem Patrum, iis qui Chriſti voluerint eſſe diſcipu-

li? Quod Pauli exemplo anathemate dignum putavit perverſi Evangelii truculentum hyperaſpiſten, Galat. I. 8. Quod Davidis inſtar oderit oſorem DEi adverſarioque ejus infenſus fuerit & quidem capitali odio oderit eum hoſtis numero habens idemque ut facerent ſuis Autor extiterit. Pſ. cxxxix. 21. 22. Equidem Pontifici, ſi DEi hoſtis eſſe deſinat adeo non fuit inimicus Lutherus, ut ſi dogma de homine peccatore ſola fide juſtificando integrum atque incolume ſervet, jam ad pedum ipſius oſcula ſe pridem obtulerit. At enim quoad non deſiit Papa falſis dogmatis ſævaque tyrannide Chriſti hoſtem agere, Eccleſiæque moleſtus eſſe, Lutherus vixit mortuusque eſt hoſtis Papæ profeſſus & infenſiſſimus, atque ad Odium non carnale ſed ſpiritale illius nos univerſos etiamnum ejus cineres adhortantur. Quemadmodum in eodem morbo quo Smalcaldiæ tam graviter decumbebat ut mortem ſibi inſtare non dubitaret, Lutherus adhuc vivus ad D. Pontanum dixit teſte *Graulio*, l. c. Ich ſterb ein Feind des Böſewichts der ſich hat erhoben über GOtt / und über alles das GOtt iſt / und heiſſet / ja auch über den Heyland der gantzen Welt Chriſtum JEſum ſelbſt hat er ſich erhoben. Macht darauff von ſich und den Pabſt dieſe Reime:

Nun Teuffel / Pabſt ihr böſen Buben<br>
Mir habt ihr zwar gemacht viel Gruben /<br>
Doch leb ich noch zu dieſer Friſt<br>
Und dancke dirs HERR JESU Chriſt /

Daß

Vg 6269 Gr



Daß ich dir hab allein vertraut
Auch laſſen fahrn des Teuffels Braut
Zu Rom ſamt aller Schwermer Lehr
Und nur gehalten ob deine Ehr.

*Atque iterum:*

HErr GOtt/ ſiehe ich ſterbe ein Feind deiner Feinde/ ein Fluch und Verbanneter deines Feindes und Antichriſts des Babſts/ auff daß dein Feind wieder ſterbe in deinen Bann/ und wir beyde an jenen Tage gerichtet werden/ dieſer zwar dein Feind und Wider-Chriſt zur ewigen Schmach und Pein/ ich aber deine arme Creatur/ die deinen Nahmen und Majeſtät öffentlich bekandt/ zur ewigen Glorie und Herrlichkeit!

# Tantum.

ULB Halle 3
004 965 787

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-38603-p0027-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-38603-p0028-2

CDK. 194. (26)
CDK. 194.
III, 73
Vg 6269

I… RI

# DE… pleat

…e

JO… ERI,

S.T… Regii,

…ii,

exc… ivatis

DAVI… Hamburg.

*D… atali*

… ad 4.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-38603-p0029-1